



**Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In  
Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Feria V. Post Dominicam IV. Qvadrag[esimae].

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](#)

dulgentias Pontificias, alicui adhibeatur. Aufert quippe illa poenas & supplicia, quæ in altera vita sustinenda sunt, sed per purgatorium applicata. Hoc est nempe quod Dominus in siluaria volebat, dicens: *Qui vult venire post me, abneget se metipsum, & tollat crucem suam.*

Sequimur te, bone Iesu, presso vestigio, omniq[ue] te humilitate præcuntem stipamus; grauati iam sunt humeri nostri dura illa cruce pœnitentia, & ieiunij, quo eam ad montem vsque Caluariæ post te feramus. Tu modo vires sugere, tu animum adauge, tu perseuerantia virtutem concede: in primis vero quoniam penitus cæcutimus, & ita cæcutimus, ut neque te nec nos ipfos, nec mundum ipsum cognoscere valeamus: reuela oculos, aufer graues illos catharros, vt te verum esse Deum, ac redemptorem, ac futurum Iudicem agnoscere valeamus. Aufer nebulas & velamen, tu qui summus ophthalmicuses, ut mundum, eiusque vanitates, inanias, ineptiasque, fraudes & verutias inspiciamus, ac simul nos ipsos, quid nimur simus, unde veniamus, & quo tendamus, agnoscamus. Et postquam, Domine, magnum illud miraculum nos sanando feceris, tum denum ad Natatorium Siloe, ad Sacra menta nimirum tua, festinabimus: ubi, cum magna lachrymarum abundantia omnes peccatorum nostrorum maculas elutimus, animæ super ciuem dealbabuntur, ut dignæ efficiantur, quæ te aliquando in se p[ro]pria felicitate, in qua te cum Angelis laudare concedetur, valcent contemplari. Amen.

FERIA V. POST DOMINI-  
CAM IV. QVADRA.

## Partitio.

- I: De honore sepulture.
- II: De defuncto.
- III: De adolescentis defunctis & resurrectione.

Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim,

*& ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris sue. Luc. 7.*

## FIGVRA.

ELIAS Propheta Sarepram Sidoniorum *3. Reg. 17.*

Cum venisset, diuina inuocata potentia, pauperculæ viduæ filium à mortuis suscitans, cum matre exultanti, & magna letitia signa danti viuum reddidit. In Euangelio vero hodierno scripturn est, Dominum ac Redemptorem nostrum Iesum. Nam ciuitati, quæ haud procul ab Hermonita erat, appropinquarem, viduæ cuiusdam filium, qui terra mandandus esterebatur, etiam à morte ad vitam reuocasse, ac matre viuentem reddidiſe. O vere magnum miraculum. Eadem utrobique circumstantiae: illie fuit vidua, suis & hic; utrobique filius mortuus, & utrobique ad vitam reuocatus: hoc unum intererat discriminis, illie Eliam, hic vero Christum Iesum fuisse. Plura & ampliora mox audietis, ubi solitu[m] sancti Pneumat[is] auxilium, gloriosissimæ virginis suffragia interponendo, fuerimus consecuti, quam proinde solita salutandi formula complem[us]semus.

## AVE MARIA.

Tradit Laertius ex sententia Platonis tria Lib. 3. in iustitia genera esse, vnam quæ Deo, alteram quæ hominibus, tertiam quæ mortuis impenditur. Quo nihil aliud ille designare volebat, quam quemadmodum Deus adorandus, homines amandi, ita mortuos sepulchri honore afficiendos esse. Sunthi namque ultimi ac maximi, qui mortuis haberi possunt, honores. Praet mihi hic Tullius etiam Ethnicus: *Honor sepulture est maximus, qui haberi morruo potest.* Et est mihi credite actus quidam iustitia & religionis, mortuorum corpora, quæ in hac vita tempora quædam Spiritus sancti, animæ socia, ac tanta pictatis organa fuere, honore huiusmodi afficer. Explodis hoc heretice, ac cauillando huiusmodi versiculo nobis illude resoles,

*Nec tumulum euro, sepelit natura sepulcros.*

Hoc

Hoc tu abusus, & superstitionis nomine appellare consueisti, quidem singularem Dei punitionem esse censeo, honore sepulchri caruisse.

Hier. 22.

4. Reg. 9.

Iob. 12.

Gen. 23.

Honor se-  
pulchralis  
plurimis  
exemplis  
demon-  
stratur.  
2. Reg. 2.

2. Mach. 1.

Ecce huius rei demonstrationem. Cum Deus Iacob filium regis Iuda grauitate castigare decrevisset; non aliud suppliciū intentauit, quam sepulchri se eum honore priuaturum: Sepulchra a fini sepelieris, putrefactus & proiectus extra portas. fuit hæc quoq; punitio impia Iezabelis, quæ canes loco vespillonum habuit, & plateas loco tumuli: Et erunt carnes Iezabel sicut sterca super faciem terra in agro Iezrael. Nec est quod quis existimet, heri authodie sanctam hæc mortuorum sepeliendorum consuetudinem in vsu esse cœpisse: iam à duabus annorū milibus angelus Tobiam commendabat, quod Iudeos hinc inde per compita ab Assyris in captiuitate iugulatos, terræ elanculum mandarer, Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos.

Laudatur quoque Abraham, quod iusta funeris vxori sua Saræ persoluisset. Cum surrexisset, inquit scriptura, ab officio funeris: unde euidenter colligere est, egregie eam à viro cum pompa exequisq; terri mandatam. Iacob quoque Patriarcha, eiusque filius Ioseph, tanti ultimum hunc sepulturæ honorem fecere, vt in extremis constituti testamento decreverint, ne filii ossa sua in barbara terra Ægypti tumularentur, sed eadem in terram Chanaan, vt in sepulchris patrum suorum conderentur, transferrent. Dauid rex, audito Saul prælio fufum occisumque, à Galaaditis sepultum, legatos ad eosdem misit, qui immensas eius nomine gratias, ob honorem Sauli, eiusque filio Ionathæ ac reliquis populi principibus exhibutum agerent, quod nimurum corpora eorum ex agris locisque desertis, ne a feris, & volucribus discerperentur, collegissent, eaque sepulturæ mandassent. Magnis quoque laudibus effertur strenuus ille populi defensor Iudas Machabæus, quod milites suos, qui in bello cedissent, honorifice sepeliti curauit, eorumque causa magnam auri vim Hierosolymam ad templum Domini miserit, quæ pro animabus eorum offerretur.

Discipuli quoque Ioannis Baptista, cognito, magistrum capite truncatum, Venerantur & tolerant corpus, & sepelierunt illud. Quis igitur sepulchri honorem iam recenter inuenientum esse, aut superstitionis audebit Christus afficeret? Cum ipse Dominus noster, Iesus Dominus Christus, quitorum vita tempore honores fu- honores gerat, & contempserat, in tabulo nasci, in pulchra praesepio reclinari, in deserto degere, denique in cruce mori voluerat, magnifice tame sepeliri voluerit: hinc Nicodemus & Iosephus ab Arimathea adeo in Euangelio celebiantur, quod cum de cruce depoluerint, sindone mundam inuoluerint, ac sepulchro è porta exciso, in quo nemo adhuc conditus fuerat, mandatint.

Vetus igitur & nouum testamentum honorem sepulchri laudat, celebrat & commendat: omnis namque eum antiquitas celebrauit & coluit, seque erga mortuos semper benignam & propensam ostendit Religiosis porro, que ab antiquitate peti possent exemplis, ecce recens hodie nobis in Euangelio ponitur; cuius tanta fuisse pompa & frequentia describitur, vt similem in sacris literis legisse, vel audisse non meminerim. Ecce defunctus efferebatur & magna turba cum illo: omnes pene ciuitatis Nain incolæ fuisse sequuntur, intersunt exequiis ipsi Apostoli, Deum pro defuncto orantes, ipse quoque Dominus pompa ocurrat, & vt hanc magis magilique celebraret, luculentum hoccce miraculum, mortuum ad vitam reuocando edidit: Primo de ipso defuncto, deinde de eiusdem resuscitatione loquemur.

Quod ad primum igitur, historia hæc ab Scripta. Ecce incipit, quod vt plurimum magnum nusquam quid induere solet: nūquam enim particula intercedit, nam hanc sacra scriptura usurpat, nisi ad res one Europa magnas, nouas, & nunquam auditas signis tirur, significandas. Isaias enim profundum & sublimme illud Incarnationis Dominicæ mystrium ob oculos positurus, & populo annunciaturus, in ipso principio Ecce, adhibet, Iudei, Ecce, inquit, virgo concipiet & pariet filium. Isaias Euangelista quoque de trium Magorum aduentu in urbem locuturus, Ecce, velut excubitorē aliquem in limine ponit: Ecce Magi ab Oriente

orientem venerunt. Eadem quoq; ratione S. Lucas, magus religionis Christianæ commentator, relifitationem mortui describere volens, ab Ecce quoque eam exorditur. *Ecce de-*  
*functus efferebatur;* perinde ac si aperte vo-  
*luisset* dicere: Non hic Paralyticum ad pisci-  
*nam membris suis restitui videbitis, non he-*  
*morrhiam à sanguinis fluxu liberari, non*  
*Chananæ filiam à dæmone curari, non hic*  
*cæco nato lumen oculorum reddi,* de quo  
*heri audistis;* sed mortuum ad vitam reu-  
*cati, omnium scil. miraculorum maximum,*  
*quale nūquam forrasse vel vidistis, vel ab ali-*  
*quo faclum audiuitis.* Licer enim olim E-  
*lias & Eliseus mortuos ad vitam excitarint,*  
*id precibus & orationib; ad Deum fusis con-*  
*tigit; at hic adolescentem solo Christi verbo*  
*& iussu, ad vitam redeuntem videbitis. Ado-*  
*lescenti, tibi dico, Surge: deinde ii ipsi, quos Pro-*  
*phetæ à mortuis excitarunt, adhuc domia-  
cebāt; at hic iam conditus efferebatur. Quo-*  
*circa Ecce.*

Sed quam bene omnia hic coincidunt, quam egregia hic nobis referuntur mysteria? Heri de cæco nato verba fecimus, ac per eū, si rite recordor, peccatum originale, ac merito quidē denotari diximus: quippe quod nos à primo nativitatis die Dei visione priuat: hic vero mortuum habemus & defunctum per quem peccatum mortale designari existimo, quod animam occidat, ac trucidet, eiq; mortem afferat: Et sane mortuus hic viduus filius, qui terra mandadus effertur, peccato-  
rē significat, qui Ecclesiæ filius est, quemque dæmones statim à peccato lethali commisso apud inferos sepeliendū efferrent, vt cum diuite olim Epulone egerūt, nisi Dei gratia, vt hodie hic Christus Dominus, ei occurreret, quæ eum ad vitam reuocaret. O paradoxa ac res inauditas! viatos inter mortuos censerit. Huc ades ô Cosmophile: tuque effrenate ac d'solute iuuencule, si sit paululum, est q; tibi dictum velim, quod cupiam duntiarū: putas forstite in viuis agere, & chetiū mortuus es. Veritate ipsa, mihi crede, hoc est verius: verete omnes tete in partes, tripudia, quantum volueris, iacta te, quantum potueris, toras ludo, iocisq; transige noctes, discurre, euagare, & concipe quidquid vales, si inde digressus

*Tom. I. Bessi Quadrage.*

peccato lethifero vel minimo, intus fueris sauciatus, mortuus sine dubio es, & vniū iā in tartaro pedem habes, nihilq; tibi vera reliquæ esse existima. Quid hoc ipse Dominus Iesus: *Anima qua peccauerit p; a morietur.*

*Ezech. 18.  
Matt. 8.*

Hinc optime mihi Dominus adolescenti illi, qui illum sequi vōlens, prius tamen confessum ætate parētem sepelire sibi vt liceret, veniam rogabat, respondisse visus est: *Sinete mortuos sepelire mortuos;* quasi dixisset, Ne hoc Egregius cōceptus, tibi curz sit adolescentis; sine ab iis qui iam in anima mortui sunt, sepeliri eos qui corpore sunt mortui. Quid est autem quod mors in corpore facit, quod peccatum in anima non faciat; illa scil. corpus sensibus & agendi facultate priuat: hoc vero animam gratia, meritis, functionibusq; spiritus destruit. Hinc tradunt Philosophi, ac bene quidem, salminis quoddam genus adeo tenuē & subtile repertū, vt gladium vagina etiā illæsa permanente communiat ac fundi faciat: corporis humani ossa frangat, pelle non tacta aut minimum læsa. Huiusmodi fulmen, peccatum lethale appellare possumus, quod nimurum animam occidit, & corpori parcit. *Vnde Psal-*  
*mographus: ad nihilum redactus sum & nescio.* *Psal. 72.*  
*ui: & alibi. Conturbata sunt omnia ossa mea.* *Psal. 6.*  
*anima mea turbata est valde dicere vult: Ad-*  
*eo animæ meæ regionem peccatum vastauit,*  
*ac destruit, vt omnia ossa, id est, præcipue a-*  
*nimæ facultates, cōturbata sint, & loco mo-*  
*ta. Aristoteles cum de morte ageret, eam o-*  
*mnium terribilium terribilissimum appellauit:*  
*sed multo maiori cum ratione mihi dicere*  
*liceat, Philopophe: Omnia terribilium terri-*  
*bilitissimum est peccatum. ipsa enim mors non*  
*nisi vita nos priuat, sed peccatum præter vitâ,*  
*etiam animam & Deum aufert. Fierine igit;*  
*tur potest infelix peccator, te diutius viuere,*  
*cum vita, anima, & Deo careas? Tanta Basi-*  
*lisci serpenti traditur esse virulætia, vt etiam*  
*visu interimat, solusq; ciuifdem intuitus ve-*  
*nenum videnti afferat: at lethale peccatum*  
*longe, mihi credite, lethalius est & virulen-*  
*tius, sola namq; eius cogitatio animæ perni-*  
*ciem afferat. Hoc ipse Salomon cum perspe-*  
*ctu habet, nos omnes ad peccatum, nō secu s*  
*arq; venenata aspidis, fugam inuitat dicens:*  
*Tamquam à facie colubri fuge peccatum.* *Ecccl. 21.*

*Hhh Adsis*

**Quid sic  
peccatum  
mortale.**

Ad hanc igitur occaecate peccator, qui tam facile in peccatum prolaberis, ac pœnitentiam agere de anno in annum differs, siste gradum, ac iuxta huc mortuum pede figito; ut tibi quid peccatum sit aperiam quæsupplicia promereatur. Proponas tibi velim ante oculos, quemadmodum Deus infinitum & sumum bonum est, ita quoque peccatum infinite ac summe malum dici posse: deinde ipsum peccatum adeo lethale ac mortiferum virus esse, ut animas quæ natura immortales sunt, morte afficiat. Quin etiam ipsum ligna quodammodo, & formem esse, quiflammam infernalem semper foueat & æternam reddat.

**Peccatum  
diabolos  
deformes  
reddidit.**

Vnde accidere putamus, dæmones adeo deformes, terros & horribiles factos, cum omnibus instar Angelorum & ipsi Angeli resplenderint? quis eos in tantam turpidinem commutauit, aut adeo atros reddidit? anne fuligo & titiones tartarei nequaquam: sed ipsum peccatum omnem illam turpidinem arcessuit, adeoque in amoenos visu efficit. Quænam igitur tua esse debet turpitudine, & homo, quæta deformitas & inuenustas, cum tot anima tua peccatis redundet: dæmonibus ipsis multo, mihi credere turpior es: si enim unicum peccatum mente & cogitatione sola comprehensum, tantam iis deformitatem potuit adducere, quantam, quæso, sexcenta & amplius tibi peccata allatura cœles?

Eheu infelix & miserande peccator, si oculos obnubilatos non haberes, si anima statum peruideres, videres haud dubie iam in infernale quoddam barathrum esse communatam: nihil enim est apud inferos, quod non in anima tua reperiatur; atque in ea ignis illæ & flamma concupiscentia, dæmonum mostra in ea stabulant, & sedem signunt, peccata, spissæ umbrae, ac Cymmeria tenebra illæ reperiuntur, passionum tristulentæ furæ habitant, vermis conscientia perpetua sibi misericordiam ibi delegit, qui eam semper rodit & excruciat, continua denique illæ blasphemiae & conuictus exaudiuntur: quid igitur hic deest, quo minus animam inferorum locum in se continere dicamus? Volute & reuolue tecum diligenter infelix anima, quam iniuriam sibi fieri crederet. Beatus aliquis, si beatitudine sua priuaretur, internilib. flam-

**'Anima  
quæ in pec-  
cato mor-  
tali est si-  
milis est  
inferno.**

mis adiudicadus nihil, mihi credite, illi gravius aut triplus accidere posset, & infelix, ac fatue peccator, hoc ipsum tibi malum peccatum parit. Expellit te nimurum cœlesti paradise, non secus atq; Adamum olim terreti: quia & æterna te beatitudine spoliat, teq; in profundam tartari abyssum deturbat.

Docet Philosophi, ac vere quidem docet, materia omnis corruptionis esse principium, & plurima exinde axiomata cudit: egregia imprimis quidquid à materia descendit, corruptioni obnoxium esse: deinde quidquid in materia immixtum est, aut materiam ingreditur, corruptum, & alia huiusmodi. At multo melius si mecum diceretis peccatum omnis damnationis principium esse, aqua sententia insita etiam axiomata formari possunt, scilicet: *Anima quæ peccauerit, ipsa mors ei uestigietur: & nihil coinquaratum peccato intrabit Apocalypsi in regnum cœlorum,* aliqua sexenta:

Dicere de virtute solebat Cicero, tantam in Opere eius pulchritudinem ac splendorem esse, ut si oculis corporis cerni posset, mirabiles exercitaret affectus, omnesque in amorem sui accenseret: idem mihi de peccato, contrario licet effectu, dicere licet, ratum in eo scilicet turpitudinis, ac terroris delitescere, ut si animi oculis videri posset, omnes omnino mortales in sui odium execrationemque excitaret, & totus id orbis velut pestem certissimam ac terribilium exitium abhorret. Quamobrem Eccl. viii. tanquam à facie colubri, peccatum fugite, velet monstrum id ipsum horrescite.

Næ ipsum peccatum monstrum teterrimum est, adeo informe & horrendum, ut si rata nobis fides esset, qua id cognoscere possumus, mille potius mortis genera perpeti, millesque subire cruciatus, quam vel leuisimum lethale crimè admittere mallemus. Ipsi quin etiam Angelii & Sancti, qui modo in cœlis cōmoranuntur, tantisper peccatum exstantur, Angelii ut si iis diceret Deus: Necesse est Cherubim, pudifici Patriarchæ, Apostoli, martyres mei, vnum iesu Christi peccatum lethale cōmittant, alioquin in queri, quæ infernale barathru perpetuis cruciandi igni: vel minibus estis deturbanandi: Omnes procul dubio munus peruanimi voce responsuri essent: Quidquid carum cibis vivum fuerit, Domine de nobis libere de-mittere cerne, & nos, si iubet, in nihil potius redige, vnde

tridū nihilo produxisti, quā vt villo maiestatem tuam criminē offendamus, vt villo aduersus te delictum committamus; aut rem adeo detestabilem perpetremus: & in infernalem nos potius voraginem detruere, nunquam inde egressuros. Muito namq; nobis futurum est antiquis, æternis apud inferos cruciatus torqueri, æternisque flammis mancipari, quam te tam nefarie, tamque ne quiter offendere. O vere diuinum propositū! Idem omnino propositum fuit honestissimæ illius matronæ Susannæ, quæ proposita hinc infimia, pudore, omniq; adeo ignominia, illinc vero peccato, ignominiam potius, ac dedecus subire, lapidius obrui, & crudelē, infamem ac nefandam morte perpeti parata fuit, quam in adulterii peccatum contentire, dicens: Angustia mihi sunt undiq; si enim ego, mors mihi est: si autem non ego, non effugiam manus vestras; sed melius est mihi ab alijs operi incidere in manus vestras quam peccare in conspectu Domini, O fœminam omni commendatione dignissimam!

Dan. 5.  
Quid fieri ne igitur, obli mate peccator, potest; tam parum de peccato sollicitum vi uere? vt non penitus ad eius vel memoriam timore contremiscas, & id ipsum committere exhortescas? fierine potest securum te agere, ludere, ridere, ac tripudiare, cum te mortuum ac Dei factum inimicum videoas? cum certas te Dei traditorē fuisse, aduersus maiestatem ac diuinitatē eius conspirasse? Hæc omnia si animu tuum non perlungent, silece te ac petra duriorem, ferro & ære rigidorem, & sensibus destitutum pronuntiabo.

Balthasar Regis Nabuchodonosoris filius manu in pariete mortis aduersus eum decreum & sententiam scribentis, visa, adeo consternatus est, vt quemadmodum sacri libri scribunt, facies eius commutata sit, & compages renun eius soluerentur & genua eius ad se inuicem colliderentur. Te verò, & prophane & obdurate peccator, cum peccatum in fronte tua se quipedalibus litteris mortis sententiam ac damnationis decerum exarare videoas, credine potest, intrinsecus non commoueri, aut p̄z metu non exalbestere: horro non concuti, & si non timore, pudore saltem commoueri?

Manasses Rex admisso peccato, adeo coram diuina maiestate erubuit, vt vix oculos ad cœlum sustollere præsumeret, dicens: Non sum dignus videre altitudinē cœli. Tanta quoque verecundia Davidis Regis fuit, vt coram hominibus comparere vix ausus, gemens diceret: Tota die verecundia mea cōtra me est; Et Psal. 41. confusio faciei mea cooperuit me. Haec sunt igitur infortunia & exitia. Auditores, qui nobis peccatum afferre, & affecta, quæ in anima operari solet, vt scilicet eam immortalem morti obnoxiam reddat.

*Ecce disfunctus efferebatur: Ecce pompa procedit, Iesus non vocatus eidem occurrit, vt aliquod miraculū edat. Sequuntur eum igitur, vt sic ad secundam concionis partem veniamus, videamusque ab eo hunc adolescentem ad vitam reuocari. Taceant omnes, ac linguis faucent. loqui mutuo incipit dicens. Adolescenti tibi dico surge. Adolescentes calamistrati, qui in deliciis vestris sepulti sterctis, vosq; adolescentulæ quæ voluptribus in dormitis, surgite in pedes, surgite, iuber Deus, ac pœnitentiam de peccatis vestris agite. O vberem mysteriorum campum!*

Quatuor verbis, *Dixit & facta sunt, cōditia est vniuersa hæc mundi machina: quatuor item verbis, Verbū caro factum est, ipsum In carnationis mysteriū innixum est: quatuor in numero verbis tremendum Eucharistia Sacramen no latecat.*

Hic igitur adolescentes est, non deperit, adolescentes aut decrepitus senex, nō annis grauis, quem hic p̄z nimia senectus mori coagit: nō puer infans, quem mors in eunis oppreserit: sed adolescentis iuuenulus, in Aprili, in Vere, in flore ætatis constitutus. Filius item vincus matris suæ honesto loco natus & è primoribus Ciuitatis: legitur namq; in Euangeliī cōceptu. Et magna turba cūnatio cum illa, ad cuius scilicet exequias tota pene ciuitas confluxerat. O mortem, crudelē nimium mortem! vere te cæcam appellare possumus, quæ, nec diuicias, nec ætate, aut conditiones mortaliū intucris; vnde merito olim vates ille Venusin?

*Horat. li. 3. Pallida mors aquo pulsat pede pauperum tabernas.*

*ode 4. Regumque turres.*

Vos vero matres an non vobis matris huius tristitiam, dolorem, angustias ac lamēta ob oculos ponitis? an non vobisq; ipsa pendit, quanta illa tristitia, vnicō suo quem habebat filio amissio, affecta fuerit: vnicō inquit filio orbata, mater illiberis, & diues absque hærede? Audire mihi querelas eius, ac suspiria videor, ac muros ciuitatis eius lamentis percussos, hanc vocem emittere: Quantis, quamq; grauib; infortuniis caput meum superi, inuoluisti: quot mihi dolores & arumnas arcessuisti? anne reperiri aliqua in vniuerso orbe mater queat, quæ me patiendo supererit, in quam tot, quot in me miserā, calamitatis tela Deus eubrabit? Vnica, cheu, proles, mihi erat, vnicus omnī facultatum hæres in quē domus inclinata recumbebat, miseræ spes una senecte, præsidium ac rerum columē mearum, & hunc ipsum mihi eripit, & quodammodo auellit Deus. Cur non, obsecro, ipsa præcessi? Quin tu amara mors filiū superstite relinquendo, matrē non potius abstulisti? Irane te fili mi delitie meæ, suauium meum, corculum meū, vita, spes, atq; omnia mea mihi eripi, nullo vt vnguam die, post hac te mihi fas sit intueri. his crediderim lamēcis & vocib; orbata hanc matrē aera fatigasse. Vos autem matres, an non matris huius miseret? vos vero adolescentes, an nō hinc morte formidare discessis, q; nemini omnino parcit,

*Nec imbellis iuuentu.*

*Poplitibus, timido vtergo.*

Semper nos Deus  
Binc in opere  
primo statu consti-  
tuens euocat.  
Vos autem Christiani, hinc discessis velim  
nos senari ex hoc mundo à Deo euocari,  
quando optime intrinsecus in animo consti-  
tuti sumus, & quando minimum damnatio-  
nis periculum subest. Parvulum hunc è cu-  
nis ad se se euocat: præuidet namq; fore eum,  
si longius vitæ spatium concesserit, de salute  
periclitaturum. Hinc patrem familias facili-  
citer rebus suis incumbentem, ac laudabili-  
ter viuentem in flore etatis, ex hac vita collit:  
auguratus fore, eum si vita diutius produca-  
tur, à mundo in secatum, decipi adhuc & cir-  
cumueniri posse. Hunc vero peccatorē è me-  
dis fornicibus euocat, sinitque eam in pe-

cato mortali cōstitutum hinc emigrare. Sed cheu, Domine si sufficiens illi tempus & diutius spatiū dedisses, vitam forsitan emendasset, ac pœnitentiam pro delictis egisset. Dicendum tamen est Deum in optimo vita statu eum abstulisse: si namque longior ei in vita mora fuisset indulta, plura haud dubie peccata admisisset, ac grauius profunde iudicium sibi arcessens, grauiori apud inferos supplicio crucianus fuisset. O immensam Dei misericordiam, ac benignitatē infinitā!

Hinc quoq; discamus oportet, Deum vitam nostram non annis aut diebus, sed meritis demeritisq; metiri. Nam veluti mundus propter hominem conditus est, eiusq; terminus ac finis, completerus electorum & reprobatorum numerus, futurus est, id est, tam diu mundus subsisteret, donec certus ille prædestinatiorum ac reiectorum numerus, quē Deus cōstituit, fuerit completus. Ita de vnoquoq; nostrū dicendum est, vniuersciusq; vitam, merita aut demerita loca termini habere præfixa: hoc est, catenus hominē in hac vita agere, donec peccata virtutesq; eius completa sint. Atq; inde euenire puto quare plurimi in iuuentute moriantur, vitæ cursum peccatis incidento, qui licet pauillo vixerint rem. Gen. ii. pore, innumera tamen peccata commiserūt. Docent hoc me literę sacrę in quib; traditur, Deū expectare non nihil voluisse, antequam sulphuream pluviā in Gomorrhaos emitteret, donec s. peccata eorū cōplerentur: Nō dum completa sunt iniquitates Gomorrhaorum. Quāobrē adolescentes, si longa vitæ tempora vobis exoptaris, ac diutiuscule vitā vultis prætrahere, rarissime peccate: nā vti bene Poeta:

*Cur multum peccas, si multum vivere curas?*

Hinc interrogatus olim Thales, ecquidnam difficile vidisset, optime mihi respondisse vīsus est, *Senem tyrānum: vix enim quēquam eorum canescere, aut ad extremam senectutem peruenire videoas.* Idem mihi de peccatore fas est dicere: vnum esse de rarissime contingentibus, peccatorem ad decrepitam ætatem pertingere: cum peccata ei vita filium præcidant.

Referunt etiam naturalium rerum ser. Simile  
ptores, leonem non esse longum, quod nimium sit ferox & violentus; ita quoq; pecca-  
tores.

orem assero diurnæ vitæ non esse, quod vehementior sit, eiusq; agendi ratio dissolu- tanium ac violentia.

Rex cum in regno arcem esse vider, quæ o- mne circum circa regionem diuexet, ex- plet vicinos, ac deprædetur omnia: idq; veterani alicuius, ac profligati militis imperio, qui nec regem nec iustitiam metuat, prædonum in ea agmen & sicciorum foueat, qui excursiones in agros vicinos agat, miseroq; agricolas exhaustant, prædasq; immensas secum deferant: Rex, in quam, querelis ad aulā delatis statim mittit qui locum dedi perant, quod cum obfessi recufant, eundē tormentis & balistis quatit: at vbi videt sese nequidquā in eo oppugnādo tēpus terere, subterraneos cuniculos agit, itaq; subitus muros puluere sulphureo agente, loco simul & prædone potuit. Deus Rex ille Regū ac Dominianū Dominiū idē omnino cum animab. præstat: Cum enim animam peccatricē corpus adolescentis alicuius, veluti locum quēdam mu- nitum videt occupasse: in eoq; spiritualium prædonū agmen collocasse, qui plurima hinc inde crudelitatis genera exerceant, infinita peccata cōmittant, adeo ut ad aulā cœlestem querele de maleficiis perferantur; sepius ean- dem sanctis inspirationibus admonet, sese vt reddat, dicens. *Conuerterimini ad me in toto corde vestro: sed vbi sese hac nihil via vider, p̄ficere, infirmitatibus eam, tribulationibus, calamiti- bus aliisque vita incommodis concutit: nā multa flagella peccatorie.* Vbi nec hac ratio- ne res succedit, cuniculis agere instituit, ac terrā corporis suffodere, occultum quandam humorem subducens, qui paulatim in im- mensum excrescens, tandem hominem instar eunicolorum ad terram prosternat, & ad tu- mulum deducat. Huius exemplum rei hodie in Euāgeliō legimus, vbi dicitur: *Adolescens tibi dico surge: Ego sum qui dico, iubeo, qui peccata deleo. Ego Deus ialuos faciendo, mei sunt exitus mortis:* ego qui ad cingulum po- tentiæ mea claves mortis & tartari gesto, habens claves mortuū ē inferni. Surge igitur, erige te, mihi obsequere: Ego sum qui Ionā de profundo pelagi liberavi, Daniēlem de la- culōnum, Lazarum de sepulchro viuentem duxi, quiq; mundum ē nihilo condidi.

*Psal. 1.*  
*Psal. 31.*

*Psal. 63.*  
*Apoc. 1.*  
*Iean. 2.*  
*Dan. 8.*

Surge igitur adolescentis, surge, & quoniam, miser, decideras, vt necesse fuerit surgere in mortem scilicet, à qua non datur ad vitam reditus: nam à priuatione ad habitum non *Psal. 77.*

datur regreflus, in peccatum quoq; in quod qui prolapsus fuerit, difficulter admodum exire potest, nisi Deus misericordia sua af- fulgeat: *Spiritus vadens ē non rediens, & po-* ne ad infernales abyssos, ē quibus reuocare in mundo gradum & superas evadere ad auras nulli ha- onus pec- tenuis concessum est, in inferno enim nulla caro gra- redēptio. O graues casus, ô profundos lapsus uius.

Surge igitur quantocuyus. Quid enim mirū, adolescentem hunc sub graui peccatorum onere fatiscentem concidisse: sum cœlum quod adeo solidum ac firmum est, vnum Luciferi peccatum sustinere non potuerit, sed sub pedibus eius subsederit: Terra quo- que aperta sit indignata, nec peccata Chorē aut Abiron perferre valuerit. Christus quoque Redemptor noster, validus ille Atlas no- stra delicta humeris portare volens, sub one- re succubuerit, & sub eodem expirarit. Sur- ge igitur modo infelix peccator è peccato- rum tuorum cæno, surge deses & vecors: surge piger & negligens, Deoque melius, quam haec tenus fecisti obsequium exhibe.

Quam porro necesse est, Domine, vt à te subleuemur: omnes enim sub peccatorum onere fatiscentes prostrati iaceamus, omnes velut mortui sumus, anima nostra omnem penitus sensum amisit, moueri nequit, & in extremis versatur. Graue namq; illud pecca- torum pondus eam opprescit, adeo ut sub onere gemat; numquam valens exsurgere, nisi tu misericordia illi ac benignitatis manum porregas: iam composita est, & ad rumulum effertur, non extra ciuitatē Naim, sed extra mundum: dæmones adstant, vt eam terræ, dicere velim tartaro, mandent, tartaro in- quam, Caini, Pharaonis, Abironis, diuitis e- pulonis, aliorumque, ac cōmuni damnato- rum sepulchro. Quamobrem, Domine, in occursum eius propera, miraculum hic o- stēde, resuscita, ac iustifica illam, vitam gra- tie tuę quam amisit, eidem restitue, vt hodie adolescenti huic reddidisti. Gemit enim & plorat misera illa mater Ecclesia, orat te vt fi- lium eius à peccati morte ad vitam gratię re-

Hhh 3 uoces.

uoces. Nostras adhæc animas à mortuis ex-  
cita, vt nemini nisi tibi soli viuentes, aliud  
non spirent, quam gloria nominis tui in  
hoc seculo, & in altero beatitudinis æternæ  
fruitionem exspectant. Amen.

## FERIA VI. POST DOMINI-

CAM VI. QUADRA-  
GEMINA.

## Partitio.

- I. De humana vita breuitate.
- II. De Lazaro confirmato.
- III. De Lazaro resuscitato.
- IV. De mortuo in peccandi consuetudine.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania  
de castello Martha & Mariae sororum  
eius. Ioann. II.

## FIGURA.

4. Reg. 4.

**S**Vnamitis illa mulier, extremo propter  
vnici filii mortem dolore affecta, ad pedes  
Elizæ prophetæ sc̄e prosternens, ac lachry-  
mis, lamentus, & fœmineo vultu aërem fa-  
tigans, ita eum permouit, vt filium importu-  
nitatem viçtus, ad vitam reuocari. Attollite o-  
culos, Auditores, eosque in hodiernum Eu-  
angelium coniicite, & eandem pene rei serie  
hic perspicietis: hoc namque loco duæ mu-  
lieres, duæ inquam sorores, fratris morte in-  
gemiscentes, Christi pedibus adoluuntur,  
eumque precibus & lachrymis adeo permo-  
uent, vt earum postulatis annuens, fratrem  
novo quadam & inauditò modo ad vitam  
reuocari. Quid vobis videtur? an non ma-  
gnus hic virtusq; rei consensus & cōmunicio?  
illuc mater pro filii, hic sorores pro fratri  
vita supplicant: illuc Propheta mortuū ex-  
citat, hic omnium Prophetarum Princeps.  
Illud vero discriminis subest, illic scilicet E-  
lii discipulum & seruum, hic vero filium Dei  
vñigenitum miraculi patratorē esse, mira-  
culi inquam, cui simile Christus nunquam  
edidit, legitur, quodq; miris casibus redu-  
dat: in eo namq; sepulchrum aperitur, insti-

te dissoluūtur, saxum reuoluitur, ac morem  
ad vitam reuocantur, plura audieris, si Spin-  
tus sancti auxilium induauerimus, & Au-  
gelorum hominumque reginam salutatione  
Gabrielis salutauerimus.

## AVE MARIA.

Expostulare cum rerum omnium creati-  
ce natura solitum ferunt Theophrastū Phi-  
losophum, quod longius vitæ spatiū cor-  
nīcibus & coriis quam hominibus dedit. Cū. p. 77  
Magnus ille quoq; naturæ arcanorum inda-  
gator Plinius, nostrā ætatem cum animaliū  
viuacitate comparans, eandem querelam re-  
nouauit, naturam dicens ceteris animantib,  
matrē, soli vero homini nouercam extitisse  
cum enim cornices ad quinque secula vitam  
producere, ceruos ad nouem: ceruos ad mil-  
le aunos vivere, Phœnicem vero ad bis mil-  
le, videret, inter tot vero hominum myria-  
des vix vnum atq; alterum reperiri, qui cen-  
tesimum annum pertingat, naturam maxi-  
mam hominibus iniuriam irrogasse dicebat. cap. 4

Ac merito quidem mea sententia, Gentiles cum immitti illa & rigida nutrice ita expo-  
stularūt, quę vix nos in luminis auras edidit, Exs. 13  
quoniam statim in ærumnarum calamitatimque  
pelagus demergat, nullaque data quiete sta-  
tim ad tumulum violenter etiam inuitos ra-  
piat. Nulli eam melius aut aptius comparare  
queam, q; matri Mosis, quę filium iam tri-  
bus menibus seruatū, regis tandem iussis ob-  
secuta, fiscellę scirpeq; bitumine ac pice illę,  
impositum in profluentem, omnē maternū  
affectionē exuens, deiicit: Natura ad hui⁹ imita-  
tionem, plena crudelitatis nos vix natos fu-  
erit. vita huius imponit, ē quibus nunquā,  
nisi cum ad mortem tendimus egredi licet.

Imitarunt ipsa quoq; crudelē illum Phas. Exs. 13  
raonem regem Ægypti, qui omnes masculos  
Iſraelitarum iam recens natos occidi iussit,  
filias vero viuere permisit. Æmulatur inquā  
eum hoc in genere crudelis illa & inhumana  
regina, ne dicamus tyranna, dum homines iam  
iam natos ad mortē cogit, bestiis vero, quas  
filiabus assimilo, longa vitæ tempora conce-  
dit. Adeo ut dicere verbo licet, vitā nostrā  
breuissimā, imo merū nihil ac velut fumū  
esse,